# Band I., Nr. 175, Seite 203-204

*König Ludwig (IV.) gibt die dem Priester Isanrich von König Karl geschenkten, später wegen seiner Teilnahme an dem Aufstand Bernhards zum Fiscus eingezogenen Güter auf Fürbitte des Erzbischofs Hatho (von Mainz) an denselben zurück, und bestätigt zugleich einen von Isanrich wegen dieser Güter mit dem Kloster Reichenau eingegangenen Prekarei-Vertrag.*

## Ingelheim, 904. Juni 15.

(Chr.) In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hludouuicus, divina favente clementia rex. Noverint omnes fideles nostri, praesentes scilicet et futuri, qualiter bonae memoriae Karolus, imperator augustus, cuidam religioso presbitero, Isanrih nominato, in pago Appha, in villa Merigisinga, hobas VI cum suae auctoritatis praecepto in pioprium concessit, postea quoque idem Isanricus eandem proprietatem ad monasterium Sindliezzesouua[1] dictum contradidit, et ab Ruodhoho, venerabili viro, eo tempore eiusdem monasterii abbate, cum consensu fratrum ibidem Domino famulantum, quasdam res ad ipsum coenobium pertinentes, in pago Appha sitas, sibi ad dies vitę suae sub carta precaria accepit: hoc est in Fridingon mansus VIII, in Zuiualtun II, in Gouuigon IIII, in Heingon dimidium. Ea videlicet ratione, ut, quandiu viveret, utrumque haberet. Postea autem, quia ipse Isanricus Pernharto regie maiestati resistenti consensit, ei ea proprietas ablata est et fisco regio sociata. Nunc autem supplicante Hadthone, venerabili episcopo, hoc praeceptum proinde conscribi iussimus, per quod ei et eandem proprietatem reddimus, et quicquid de rebus dicti monasterii a memorato abbate, vel suo advocato, sub precaria carta accepit, per omnia et in omnibus confirmamus et roboramus; statuentes, ut utrasque res omnibus vitae suae diebus sub usu fructuario teneat atque possideat, post obitum vero suum ad monasterium redeant. Et ut hoc nostrae largitionis praeceptum ab omnibus fidelibus nostris verius credatur ac diligentius observetur, manu nostra illud firmavimus, et sigillo nostro consignari iussimus.

Signum domni Hludouuici *(Monogramm)* piissimi regis.

Ernustus cancellarius ad vicem Diotmari archicappellani recognovi et subscripsi[a]. *(Rekognitionszeichen. Siegel.)*

[a]Das Wort *subscripsi* im Rekognitionszeichen.

[1]Früher Name von Reichenau.

II

Data XVII. kalendarum Iuliarum die, anno incarnationis Domini DCCC-CIIII., indictionum VII., anno autem regni domni Hludouuici V. Actum Ingilinheim, in dei nomine feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden. Es finden sich jedoch unverkennbare Spuren an der Aufdruckstelle.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

A 32

**Editionen:**

Carl George Dümgé: Regesta Badensia. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 83, Nr. 21. Brandi: Reichenauer Urkundenfälschungen, S. 6 (echt). Monumenta Germaniae Historica. Die Urkunden der deutschen Karolinger, Bd. 4: Die Urkunden Zwentibolds und Ludwigs des Kindes, bearb. von Theodor Schieffer, Berlin 1960. [ND München 1982], S. 148 f., Nr. 34.

**Regesten:**

Regesta Imperii Abt. 1, Bd. 1, S. 807, Nr. 2022.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ingelheim

**Ortsindex:**

Apphagau

Friedingen Wohnplatz (17344)

Friedingen, Langenenslingen, BC

Gauingen Wohnplatz (16021)

Gauingen, Zwiefalten, RT

Hayingen Wohnplatz (15868)

Hayingen, RT

Ingelheim am Rhein, MZ

Mörsingen Wohnplatz (16025)
Mörsingen, Zwiefalten, RT
Reichenau Wohnplatz (14588)
Reichenau, KN
Zwiefalten Wohnplatz (16028)
Zwiefalten, RT